The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Profectus g
## cum fonte primo

Veneror inuenta a sapiente.

Michi ista acquisita sunt, michi laborata; sed agamus bonum patrem familie, faciamus ampliora que accepimus. Maior ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec ulli nato post mille secula precludetur occasio, aliquid adhuc adiciendi.

Seneca LXV. epistola.

Veneror itaque inventa sapientiae inventoresque; adire tamquam multorum hereditatem iuvat. Mihi ista adquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familiae, faciamus ampliora quae accepimus; maior ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit, nec ulli nato post mille saecula praecludetur occasio aliquid adhuc adiciendi.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 64, 7 (L. Reynolds ed., vol.1, p.174, ll.13-19).